



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

VIII. Herzog Barnim von Pommern schenkt dem Kloster Walkenried 108
Hufen Landes in der Uckermark, am 31. Januar 1239.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

capellani. Datum Guto we, quarto non. Augusti, anno ab incarnatione Domini M^o. CC^o. XXXVII^o. pontificatus nostri anno XV^o.

Aus dem Walkenrieder Diplomatar. fol. 14, nach dem Urkundenb. des Vereins für Niedersachsen II, 154.

VII. Das Domcapitel zu Brandenburg bestätigt die Schenkung des Bischofs Gernand, am 4. August 1237.

Jacobus, Dei gratia prepositus, H. prior, nec non totus Brandeburgensis ecclesie conventus, venerabili viro fratri et amico in Christo dilecto Theoderico, abbati, ac religioso conventui de Walkenred successoribusque ipsorum in perpetuum. Fugientibus cum Joseph ab Egyptia conjuge Pharaonis in manibus ejus pallio derelicto, quibus etiam custodes murem abstulerunt pallium vetustatis, ut, veterem hominem exuentes, novo se homine revestirent, pium est, ut cum panibus occurramus paupertatem eorum voluntariam sublevando, cum et voluntarie sibi sint pauperes et liberaliter aliis habundantes. Sunt enim quasi greges tonfarum de lavachro ascendentes, expoliantium semet ipsas, ut suis exuviis et tegumenta prebeant egentibus et tribuant alimenta. Proinde, fratres in Christo Jesu, cum predictarum virtutum et privilegio et usu privilegii gaudeatis ac in Brandeburgensi diocesi habere noscamini terram centum mansorum in loco, qui Colpin vulgariter appellatur, nos donationi venerabilis in Christo patris ac domini nostri Gernandi, episcopi Brandeburgensis, consensum prebentes, decimam ipsorum mansorum vobis ac vestris successoribus universis concedimus, tradimus et donamus ac presentium auctoritate stabilimus. Nulli ergo hominum omnino liceat hanc donationis nostre paginam infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, noverit, se omnipotentis Dei indignationem incursum. Hujus autem in testes sunt: Henricus de Ritbeke plebanus de Sancto Godehardo, Johannes de cimiterio, Nycolaus subcustos, Johannes, Eppo, Rodolfus de Sandowe, Baldewinus scolasticus, canonici nostre ecclesie, et totus reliquus conventus. Datum Brandeburg, anno Domini M^o. CC^o. XXXVII^o. II^o. nonas Augusti.

Aus dem Walkenrieder Diplomatar. fol. 14, nach dem Urkundenb. des Vereins für Niedersachsen II, 155.

VIII. Herzog Barnim von Pommern schenkt dem Kloster Walkenried 108 Hufen Landes in der Ufermark, am 31. Januar 1239.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Barnim, Dei gratia dux Pomeranorum, universis hanc paginam inspecturis in perpetuum. Quia rerum humanarum quantumvis ardua, quantumvis preclara negotia delet citius et in nichilum deducit oblivio, sic solum huic pesti occurritur, si probe gesta vel provide sili officio consignentur. Ad omnium igitur tam presentium quam successorum notitiam cupio devenire, quod juxta divinum et celeste consilium peccata mea elemosinarum impendio sperans redimere et optans michi amicos de iniquo mammona comparare, venerabilibus

fratribus in Walkenredenſi coenobio Regis eterni militiam bajulantibus, in elemoſinam tam pro meis quam pro omnium progenitorum meorum peccatis, centum et octo contuli manſos, liberos videlicet ab omni contradictorum calumpnia in pace ac ſecuritate jure perpetuo poſſidendos. Hiis autem dicti manſi terminis limitantur quinquaginta quatuor namque manſorum eorundem a lacu Guds initium ſumentes et in ſiniſtro latere, verſus aquilonem videlicet, harenofos quosdam colliculos limitantes, nec non et in dextero latere verſus meridiem ſcilicet, ſilvam, que laica lingua Ukerſchewolt dicitur, laterantes, ad orientem verſus oppidum, quod Pozlowe dicitur, protenduntur; item quinquaginta quatuor manſi, a terminis Wernekowe inchoantes, contra locum, cui Karzenowe nomen eſt, protenduntur, villas has, Lucowe et ſancte Marie videlicet, ad dextram demonſtrantes. Hos itaque fundos, eo, quo dictum eſt, ſitu et modo diſpoſitos, cum omnibus appenditiis ſuis, hoc eſt terris cultis aut incultis, ſilvis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decurſibus, memoratis fratribus conferens allignavi in plenaria poteſtate ſucceſſione perpetua libere poſſidendos. Ut ergo hujus mee donationis tenor inconvulſus de cetero et integer perſeſeret et nullus eum impedire valeat vel caſſare, paginam hanc, ipſum continentem, ſigilli mei teſtimonio placuit communire. Teſtes horum ſunt Conradus, dapifer de Pozowalc, Jhoannes, maſchalcus, Henricus de Svaneberch, Albertus de Inſleve, Godefridus, frater ejuſdem, Jhoannes et Libborius de Naugarden, Godekinus, advocatus, et plures alii. Acta ſunt hec anno gratie M^o. CC^o. XXXIX^o. II kal. Februarii, indictione XII.

Original im Archive zu Wolfenbüttel. Abgedr. im Urkundenbuch des hiſt. Vereines für Niederrachſen II, 160.

IX. Biſchof Ruthger von Brandenburg überläßt dem Kloſter Walkenried den Zehnten über 100 Hufen in der Uckermark, am 29. April 1247.

In nomine ſancte Trinitatis et individue Patris et Filii et Spiritus ſancti Ruthgerus, Dei gratia Brandenburgeniſis eccleſie epiſcopus, omnibus preſentem paginam inſpecturis in perpetuum. Quoniam celeſti patrefamilias ordinante inter eccleſiaſticos diſpenſatores locum ſortiti ſumus, ita demum officio noſtro fungi nos credimus non indigne, ſi fugientibus de Babilone cum panibus occurramus, paupertatem eorum voluntariam ſublevando, cum voluntarie ſint pauperes ſibi et liberaliter aliis habundantes. Sane igitur univerſitati veſtre harum tenore cupimus notum eſſe, quod venerabilibus et in Chriſto dilectis fratribus et amicis noſtris in Walkenried ad neceſſitatis eorundem ſupplementum et pauperum Chriſti hoſpitandi pretextu ad eos frequenter venientium propter ſpem remuneracionis divine conferimus decimam in Ukeram de centum manſis et collatam tenore preſentium confirmamus cum omni integritate juris perpetuo ac libere poſſidendam, diſtictiſſime prohibentes ſub anathemate, ne quis eos hinc audeat moleſtare, preſertim cum et de comuni conſenſu capituli Brandeborgenſis hec noſtra donacio ſit perfecta. Hujus rei teſtes ſunt Rodericus, abbas de Cinna, Sigerus, abbas de Lenin, Symeon, prepoſitus de Colonia juxta Berlin, magiſter Hermannus de Templo magiſter, Conradus de Walkenrith, Heinricus, plebanus de Oderberge, Johannes de Warnowe, Gilo, Heidenricus, capellani noſtri, et alii quam plures tam clerici quam laici fide digni. Ut autem hec noſtra donacio firma ſemper maneat et illeſa, preſentem paginam exinde conſcriptam fecimus ſigillo noſtro com-